

SIGISMUNDI

SCACCIAE,

IURISCONS. ROMANI,

Tractatus,

DE IUDICIIS CAUSARVM

CIVILIVM, CRIMINALIVM,  
ET HÆRETICALIVM,

LIBER PRIMVS.

*IN QVO, QUID CIRCA PRÆDICTARVM  
causarum Iudicia de iure communi; quid secundum Doctorum sententias; &  
quid de generali consuetudine, & praxi praesertim Curiae Romanae, totiusq;  
status Ecclesiastici, Regni Neapol. & Ducatus Mediolani  
dispositum, & receptum sit, enarratur.*

NUNC PRIMVM, DIVERSO EQVE COMMO-  
diori caractere, cum Indice Verborum & Rerum omnium nota-  
bilibium copiosissimo, in Germania excusus.

PRIVILEGIO S. CAESAREAE MAIESTATIS,  
*cuius tenorem sequens pagina indicabit, munitus.*



PRODIT FRANCOEVRTI,

Sumptibus Haeredum Palthenianarum, ex Offi-  
cina Hartmanni Palthenij.

ANNO CHRISTI M. DC. XVIII.



PRIVILEGII CÆSAREI TENOR.

**M**ATTHIÆ, Diuina fauente clementia, Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slauoniæ, &c. Regis; Archiducis Austriæ; Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ &c. Comitis Tyrolis &c. Priuilegio Cæsareo cautum est, Hæredibus Zachariæ Palthenij t. V. Doctoris, Ciuis & Bibliopolæ Francofurtensis, p. m. ne quis alius, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis existat, OPERA Criminalia Præsperij Farinaij: Item OPERA Iuridica Ioannis Gutierrez, & Francisci de Caldas, & SIGISMUNDI SCACCIE Tractatus de Iudiciis causarum ciuilium, & criminalium, & hæreticalium, intra proximum decennium a prima editionis die computandum, præter scitum & voluntatem memoratorum hæredum Palthenianorum, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumque ac ditionum, præfati gloriosissimi Cæsaris hæreditariarum fines, simili, aut alio characteris genere, modo, aut forma, siue clam, siue palam, recudat, vel alibi etiam eosdem Libros impressos & excusos, adducere, vendere, vel distrahere audeat, sub pœnis in diplomate Cæsareo contentis. Dato in Arce Regia Pragæ, die primo Mensis Februarij, Anno Domini millesimo sexcentesimo decimosexto, Regnorum vero, Cæsaris, Romani quarto, Hungarici octauo, Bohemici vero quinto.

MATTHIAS.

V. LL. V. Vlm.

Ad mandatum S. Cæsareæ  
Maiestatis proprium.

Io. Baruitius m. p. lit.



SIGISMUNDI SCAC-  
CHÆ, IVRE CONSULTI  
ROMANI,  
Tractatus  
DE IUDICIIS CAUSARVM CIVI-  
LIVM, CRIMINALIVM, ET HÆ-  
RETICALIVM.  
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

DE MULTIPlici ACCEPTIōNE NOMINIS  
iudicii: in qua sumatur à nobis, & de sub-  
iecto totius operis.

S Y M M A R I A.

- 1 Iudicii nomen habet quamplures acceptiones, quæ tradun-  
tur, num. 3. & seq. vsque ad num. 16. exclusiue.
- 2 Iudicium est v. ex æquiuoca, quæ propterea definiti non po-  
test, nisi per illam semoueatut æquiuocatio.
- 16 Iudicium in q. ta acceptiōne sumatur tractandum à nobis.
- 17 Obiectum materiale huius tractatus quale sit.
- 18 Obiectum formale.



**Q**UIA, ut inquit Bald. in rubr. num. 1.  
C. de nou. Cod. camp. & notant Do-  
ctores in rubr. de nou. oper. nanc. ff. o-  
mne causarum principium debet  
referri ad principium, quod est ip-  
sius causa, & maxime ad princi-  
pium, quod est prima causa causi-

rum, sicut est DEVS; idcirco à tuinnocatione. Do-  
mine, exordium sumens; te supplex exoro, vt ingres-  
sam instruas, progressum dirigas, & egressum com-  
pleas.

- 1 Iudicii ꝛ nomen habet quamplures acceptiones,  
sicut restatur Host. Goffi. in rerum summ. Ioan. Andr. in  
rubr. de iud. in 6. Bart. in extr. mag. ad reprehendum, in verbo,  
figura iudicii, num. 2. in fin. Paul. de Caltr. in rubr. num. 2. C.  
de iudic. & ibidem lat. num. 4. Abb. in rubr. eod. num. 1. extra,  
& communiter alii in cap. statutum, §. in super, de rescript.  
in 6. quas omnes, vel earum plurimas ad vberiore  
doctrinam hic referam, & mox in qua earum de eo sim  
acturas peritiam. Etenim, ꝛ cum hæc vox iudicij sit æ-  
quiuoca, vt restatur etiam Abb. ibi. rubr. de iud. num. 1. &  
æquiuocatio secundum Aristot. 1. poster. c. 15. & ibi in-  
terpretes sit definitioni semper impedimento, in tan-  
tum, vt æquiuoca definiti non possint, secundum eun-  
dem Arist. quem refert, & sequitur Roeh. de Cur. tract.  
de iur. patr. nu. 1. & in æquiuocis ambulandum non sit,  
quia eius, quod multipliciter exponitur, veritas igno-

ratur, teste Boetio, quem refert, & sequitur Bald. in log.  
nes quocquam, §. vbi decretum, in prin. ff. de offic. Procons. Me-  
rito semouenda prius erit æquiuocatio, vt subinde de-  
finitionem sequenti capite libere aggrediamur.

Iudicium ꝛ ergo significat primo discretionem, ar-  
gumento textus in l. cum prator, §. non autem, ff. de iudic. In  
illis verbis:

Quidam enim lege impediuntur, ne iudices sint, quidam na-  
tura, quidam moribus: natura, vt furcus, mutus, & perpetuo  
feriosus, & impubes, quia iudicio carens: moribus somnia, &  
ferri, non quia non habent iudicium, sed quia, &c.

Ad idem textus in Insti. quod non est permiss. fac. testam.  
in §. praterea, ibi:

Testamentum facere non possunt impuberes, quia nullam eo-  
rum animi iudicium est.

Et notant ibi Gloss. Paul. de Castr. vbi supr. & postea  
Menoch. tract. de arbit. iud. lib. 1. qu. 8. nu. 17.

Secundo ꝛ significat iurisdictionem, l. 1. §. in fine, 4  
ff. de iudic. in illis verbis:

Ita datur multa dicende iur, quibus publice iudicium est, &  
non alio, nisi specialiter eis permissum est.

Tertio ꝛ significat actionem, l. 1. ff. commun. diuid. ibi.  
Communi diuidendo iudicium, ides necessarium fuit, &c.  
& ibi: Denique cessat communi diuidendo iudicium, si res com-  
munis non sit.

Ad idem est text. in l. heredis, ff. famul. heriscun. §. de plu-  
ribus, in illis verbis:

Item, si plures hereditates inter nos communes sunt, possimus  
de vna familia creiscunda iudicium experiri, &c.

Ad idem text. in §. si familia, Insti. de offic. iud. ibi, Si fa-  
milia creiscunda iudicio actum sit, &c.

Et plures creiscundantes possent adduci, quos omitto.  
Quarto ꝛ significat condemnationem argumento  
eius, quod dicit Apost. 1. ad Corint. cap. 11. relatus in cap.  
timorem, de consec. distin. 2. & in sacro æcumenico Con-  
cilio Trident. sess. 13. cap. 7. in illis verbis:

Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, &  
bibit, non diuidens corpus Domini.

Quinto ꝛ significat ultimam voluntatem, l. 1. C. de 7  
sacro sanct. eccl. ibi.